



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hiob

Brenz, Johannes

Haganoæ

VD16 B 3079

Ca. XXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36516

Et possessio factus est . intelligit excelsum Deum,
excelsa ac mirabilia eius opera . Impius autem non
Deum nec opera Dei intelligit , quia non credit
Verbum eius.

CA. XXXVII

ET enim propter hoc expauit cor me-
um, & exiliit de loco suo.

Audite terrorē uocis eius, & murmur
quod ab ore eius egreditur.

Subtus omnes cœlos ille aspicit, & lu-
men eius super terminos terræ

Post eum rugit sonitus, tumultuat uo-
ce magnitudinis suæ, & nemo retinebit
ea, cum audita fuerit uox eius.

Tonat Deus uoce sua mirabiliter, fa-
cit magna & inscrutabilia.

Si ad niuem dixerit, tunc est (super)
terram, & hymbri pluuiali, tūc hymbes
Pluuiarum fortitudine sua (adest)

Opere cuiusq; hominis signatur, ut
agnoscant omnes uiri, opus eius.

Ingreditur bestia in latebras, & in ha-
bitaculis suis habitat.

A commotio

A cōmōtione uenit tempeſtas, & a diſpersione nubium frigus.

A ſpiraculo Dei datur glacies, & latitudo aquarum in effuſione.

Etiā denſam cogit nubē, ut diſpergat nubes lumen ſuum.

Etiā circūgyrationes (nubium) circūuertit funiculis ſuis, ut faciāt omnia quæ præcepit eis ſuper faciem orbis terrarum.

ſiue ſuper generationē, ſiue ſuper regionem cum miſericors inuenitur.

ET ENIM PROPTER HOC EXPAVIT.

Ex alijs operibus probat Elihu ſapientiam Dei, et iudicium eius imperueſtigabile: nam quoties & mihi inquit, diuinæ maieſtatis abyſſus, in mentem uenerit, expauit cor meū, uſq; adeo exhorrens, ut præ horrore tantum non contabeſcat, & è loco ſuo concutitur: primum enim è cœlo, tonitruum ſtreptu, ſuam maieſtatem Deus declarat, dicitur autem tonitruum tumultus, hoc loco, terror uocis Dei, & murmur oris eius. Deinde excitato tumultu, fulgur emicat, & corruſcatio, omnia ſub cœlo uſq; ad terminos terræ, ſubito ſplendore inlumnans. Poſtremo rugit ſonitus, hoc eſt auditur tonitru, & ingens tumultus: quanquā ante

Tonitru uocis
Dei.

A N N O T . I N H I O B .

Vnde toni-
trua fiant
Physicus.

fulgur fiat, sed nos citius fulgur uidemus, quam ton-
trua audiamus, uisus enim obiecta cuius ad uisum p-
netrant, quam obiecta auditus, ad auditu. Porro tam
est tonitruu fragor, ut pre horrore eius, nemo possit
homines continere, quin exhorrescant aut fugiant,
& tanta est eius tumultus potentia, ut eum nemo possit
sit cohibere & impedire. Hec autem omnia manifeste
sime ob oculos ponunt, immensam Dei maiestatem. Porro
ro Physiici autem tonitruu causari ex aere & siccitate
exhalationis calidae & siccae, in humido & calido in-
clusae: quae per calidum & humidum tam in nubem
coactum erumpere gestiens, frangit nubem, & hor-
rendum illum sonitum, quem tonitruum uocamus, ex-
citatur, quemadmodum calor ignis, superueniens humo-
ri calido in lignis incluso, fragore quodam erumpere
cogit, humorem intus latentem, de qua re Plinius lib. 2.
cap. 43. ita scribit. Non eam inficias, posse in nubes,
ignes stellarum superne decidere, quales sereno saepe
cernimus, quorum ictu concuti aera uerum est quan-
do & tela uibrata, stridunt, cum uero in nubem peru-
enerint, uaporem dissonum gigni, ut candente ferro,
in aquam demerso, & fumidum uorticem uolui, hinc
nasci pcellas, & si in nube luctetur flatus, aut uapor
tonitrua edi, si erumpat ardens, fulmina, si longiore
tractu nitatur, fulgetra &c. haec Plinius. Neque
est quod putes haec, quae naturali quodam ordine sunt
inter

inter miracula & opera diuina, non esse referenda. Habent enim opera Dei hanc rationem, quod quædam sunt ordine, quem nos naturam uocamus, quædam uero citra ordinem, nam ut Christus unigenitus Dei filius in Euangelio aliquot sanauit, quarundam rerū interuentu medio: sic enim fecit lutum ex spūto, & li-
 nuu oculos cæci, sic manu tetigit adulescentis de-
 mortui feretrum, aliquot uero citra media & ordinē, sanitati restituit, sed solo Verbo, ut Cæturionis filiū: ita Deus in orbe terrarum, quædam operatur commu-
 ni ordine, & hæc naturalia uocamus, quædam solo nutu, & nullo ordine nec medio, & hæc miracula di-
 cuntur, magis nostro sensu, quàm facti ratione, utro-
 biq; enim est par Dei potentia, utrobique sunt miracu-
 la, quibus per fidem, inuisibilia eius cognoscuntur, ut dixerit Paulus Roma. 1.

Omnia ope-
 ra Dei sunt
 mirabilia.

TONAT DEVS VOCE SUA &c.

Expositio priorum, facit enim Deus magna, quia tonitru omnes hoies terrefacit, & fulgure, oia sub celo adspicit, & orbem terræ subito splendore inlu-
 minat, quis igitur non admiretur Dei maiestatem?

SI AD NIVEM DIXERIT &c.

Deus niuë creat Verbo suo, & pluuiam, ut est in Psal. 148. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procel-
 larum, fiunt à Verbo eius &c. tam habent & suæ ge-
 nerationis ordinē nix & pluua, fiunt enim è uapore

ANNOT. IN HIOB

humido, à terris eleuato, & in aëre in nubem coacti
per frigidum: quæ nubes, postea & in niues & in
pluias resoluitur, quemadmodum et in homine *μυ-
κροσόμα* ascendunt uapores in caput, ubi ob cer-
bri frigiditatē mutatur in densum & nubeculas, quæ
post in aquâ resolutæ fluxus generant, atq; hæc iā
numerata, operis ordo sunt, nō caussa. Deus enim so-
lus, niuis & pluuiæ opus, potētī suo uerbo operatur.

OPERE CUIVSQVE &c.

Ratio tonitru-
um est, maie-
statem Dei
agnoscere.

Hoc est, ipso hominum opere, ueluti sigillo quon-
dam, confirmatur potentia & maiestas Dei, cū enim
insonuerit tonitru, aut immineat hyaber repentinus
usq; adeo exterrētur, ut omnes ad latibula sua fugiāt:
hoc enim ipso declarant suam ipsorum infirmitatem,
& creatoris maiestatem, & fugiendo agnoscere se te-
stantur, Dominum suum in cœlis habitantem: nam
externo hoc sonitu, qualiscunq; iræ diuinæ umbra, de-
lineatur, unde & cum lex dabatur in monte Synai,
præsentiam suam, & legis rationem tonitru testatus
est, lex enim iram operatur &c.

INGREDITVR BESTIA &c.

Id est, propter fragorem tonitruum, non solum ho-
mines, sed & bestie quærent latebras, & fuga sua te-
stantur Dei maiestatem.

A COMMOTIONE VENIT &c.

Vbi nos habemus commotione, Hebræi habet

quod terrorē & cōmotionem significat, Lu-
 therus interpretatus est meridiē, Græcus ἐκ ταμίεα
 ων, id est, ex penetralibus: uetus tralatio habet, ab
 interioribus. Pro dispersione nubium, Hebræus habet
 שָׁרַדַּד quod Lutherus interpretatus est septentri-
 onem, uetus tralatio habet arcturum, Græcus ἀπὸ
 ἀκροτάτων, id est à promontorijs, seu extremitati-
 bus. Ego simplicissime sic intelligo hunc uersum, &
 tempestates, & frigora, opus Dei sunt, tempestates
 tum maxime oriuntur, quum solis æstus feruentissi-
 mus est, ut in æstate, frigus uero in hyeme, utrumq;
 Deus operatur, quo suam maiestatem declaret.

A SPIRACULO DEI &c.

Venti, qui spiracula Dei dicuntur, congelant frigore
 æquas, & in glaciē cogunt, similiter pluuie & hym-
 bres, à uentis adducuntur, idq; rursus mirabili dei ope-

ETIAM DENSAM COGIT &c.

Aliud opus diuinæ maiestatis indicium, nā dominus
 nūc cogit nubes, ut lumē solis abscondatur; nūc rursus
 dispergit, ut lumē solis fulgeat, & à nube nō interci-
 piatur. Ratio hæc omnia uentis adscribit, qui omnes
 nubes pellūt, solus Cæcias adtrahit, fides uero non in
 ordinem operis, sed in authorem, oculos suos dirigit. Nubes træ
 ET IPSE CIRCVMGYRATIONES. aut fauoris
 Verit Dominus et reuertit, ducit & reducit nubes Domini in-
 quasi sine quodam, pro ut animo suo collibitum fuerit strumenta.

ANNOT. IN HIOB

remine prohibente, adeoq; & ipse nubes, domini suo promptissime obediunt, & quicquid eis ille præceperit, exequuntur, nam Dominus nubes ita tradidit, ut his, uel iuxta iusticiam suam adfligat homines, pluuiam retinendo, uel iuxta liberalitatem suam & misericordiam benefaciat, dando serotinum & matutinum hymbrem, ut habes 3. Regum 17.

SIVE SUPER GENERATIONEM.

Id est, Dominus per nubes toti familie & regionis benedictionem suam effundit, si modo beneficis & liberalis esse uoluerit. Contra, propter impietatem, per nubes toti familie & regioni maledicit. Sūt enim nubes, diuine iræ & misericordie instrumenta.

Animaduerte istud Hiob, sta, & intellige mirabilia Dei.

An nouisti quādo ponat Deus (istud) super eas, & educat lumen nubis suæ?

An nouisti reuolutiones (uel distinctiōnes) urbiū mirabilia perfectis cognitas?

Quomodo uestimenta tua calida sunt, dum quiescit terra a uento meridionalit?

Extendes cum eo nubes fortes ad spectu (sicut) fundamentum.

Demōstra nobis quid dicamus ei (nos enim) nō penetramus (illuc) præ tenebris.

An recēsebitur ei quod loquor? si quis loquatur deuorabitur.

Et nunc non uidetur lumen, luciditatem ipse in nubibus (facit) & uentus transiens clarificat eas.

Ab aquilone aurum uenit, ut Deus terribilis laudetur.

Omnipotentem non inuenient, magnam fortitudine, iudicio & causae iustitiae non respondebit.

Propterea timent eum homines, ipse autem nullos sapientes corde timet.

ANIMADVERTE ISTVD HIOB *etc.*

Quae haecenus recensuit Hiob, mera Dei mirabilia sunt, quamquam enim uideatur communi naturae cursu fieri, eorum tamen omnium potes author deus est. Proinde ut haec intelligas, non adrigenda sunt aures carnis, sed fidei, quae sola potest in mirabilia Dei penetrare.

ANNOVISTI *etc.* Tu ne consiliarius Dei fuisti, ut scias quando nubes suas circumgyraturus sit? aut quando gentes & regiones fecunditate benedicturus, aut siccitate maledicturus sit? putas ne deum in his Opera seu mirabilia Dei so-

operibus, praepatore quodam egere, qui praescribat, quando lumen solis sit producendum, et quando nubes spiritalis sint pellendae? scis ne nubium reuolutiones, qua ratione bene cognita-

ANNOT. IN HIOB

iam huc, iam illuc impellantur? At qui hęc Domini mirabilia, solis perfectis. i. credentibus, cognita sunt, & spiritalibus: nemo enim nouit ut Paul. ait, ea que diuina sunt, nisi spiritus Dei, & hi quibus spiritus datus est, nam quod carnales mirabilia Dei non intelligant, uel hinc manifestum est, quod nondum inter philosophos uel sapientissimos, de tonitruum, fulgurum, nubium & pluuiarum ratione cōueniat. Aliter enim de ijs disputat Anaximāder, aliter Metrodorus, aliter Anaxagoras, aliter Stoici, aliter Aristoteles, cui adcedendum: quādo omnes ex æquo ferē sapientes fuerint, & unusquisq; sua habeat probabilia, de quibus si uoles, uide Plutarchum in placitis Philosophorum. Non autē potest fieri, quin mundi sapientes frustrentur per suas cogitationes, propterea quod diuina opera humano conceptu, non fide tractent. Iam si nemo prudens, mirabilia Dei in rebus naturę cōmunibus intelligat, qui possit homo abscondita eius opera, hoc est, crucem comprehendere? Proinde cum tanta sit Dei maiestas, ut cū sua potentia creauerit, & sua sapientia administraret, non debet protinus iniustitię aduersari, si non cōtinuam rationem operum eius adsequatur.

QVOMODO VESTIMENTA

Agnosce ne rationem, qua uenti à Domino gubernantur, nam quod nobis excētur, & calida sicut uentus, & stimenta nostra, cū quicquid plumus ille Auster, &

est uentus meridionalis, qua quæso ratione à Domino administratur? tu ne eius es consiliarius, ut hæc omnia pernoscas? Puto autē Elibu sub unius uenti nomine, **Auster.** intelligere omnium uentorū administrationem, quā miro quodā modo dominus pro sua libidine dispēsat: quod uero dicat, calida nobis fieri uestimēta quiescentē auctro, hinc uenit, quia auster uentus est pluuiialis, unde & dictum esse uolunt, austrum ab hauriendis aquis, siue Græce νότον ἀπὸ τῆς βοτῆδος, ab humore propterea quod terra nubibus assiduis, pluuiōq; madescit ab auctro.

EXTENDES CVM EO NUBES &c.

Ironia est. q. d. Tu ne ille gigas es, qui deum inuenit quando præparabat cælos, quando circulū cōstituebat abisso, quando nubes certa lege disponebat que nubes ad spectu adeo fortiter compactæ sunt, ut uideatur firmamentū esse? an ne igitur tuo auxilio dominus hæc omnia ordinauit & disposuit? Age itaq; si tantus uir es, quantum te ostentas, dum audes aduersus Dei iudiciū contendere, et cum eo cōgredi, demonstra nobis diuine œconomie rationem, & doce nos, quid Deo respondendum sit, quum à nobis suorum operum rationem postulabit? nos enim abiectæ sortis, & deplorati ingenij homines, non possumus præ imbecillitate intellectus nostri, in tantas diuine maiestatis tenebras penetrare. Hæc oīa mordaci ironia

A N N O T . I N H I O B

ria dicta sunt, quia Elihu Hiobem arguit, quod imple
 Dei iudicium, sensus & captui humano impere stig-
 bile, iniusticiæ aduerserit, & non se per fidem, expe-
 ctationemq; in manus Domini adfligentis, captiuum
 dederit, nã quod Hiob conquestus sit, se iniuria à Deo
 affectum, supra ex orationibus eius, manifestum est.

A N R E C E N S E B I T V R .

Id est, omnino Deus in abscondito & in nebula ha-
 bitat, ad quem nullus mortaliũ penetrare potest (nisi
 fide per Christum) Proinde, nec uerba mea, inquit E-
 lihu, coram eo recensebuntur: altior enim est Deus, q̃
 ut humana uerba, ad eum ascendere possint, & fragi-
 liora sunt hominum uerba, quàm ut in tantam altitu-
 dinem, in qua Deus habitat, peruenire queant: ergo
 nec orationem Deus audit? absit, audit enim & ui-
 det, quicquid ex fide proficiscitur, sine fide autem, nec
 respicit hominem, nec audit uerba eius.

S I Q V I S L O Q V A T V R & C .

Hoc est, sileat à facie Domini omnis terra, quicquid
 enim corã eius iudicio loquitur, & ei resistit, is à gloria
 maiestatis diuinæ deuoratur, & in æternum perit.

E T N V N C N O N V I D E T V R & C .

Verum lumen, quod est Deus, non potest uideri,
 nec offert sese oculis carnalibus: uidemus quidẽ splen-
 dorem quendam nubium, uidemus lucem solis, quan-
 do à uentis nubes pelluntur, uidemus etiam, ab aqua
 tolli

lone aurum uenire, hoc est, ut Græcus interpretatur
 ἀπὸ βορρῆα νεφέλη χρυσαοῦ ὄρνυται, id est, à Borea
 (que est uentus frigidissimus, impetuoso strepitu, à se-
 ptentrione flans) nubes uelut aurum splendentes, et
 claram serenitatem oriri, quæ omnia sunt spectacula
 quibus pius animus, ad laudem Dei magni & terri-
 bilis, assurgit, ut sicut cœli enarrant gloriam Dei, ita
 homines ex operibus diuinis, Deum uerum agnoscant
 & glorificent.

OMNIPOTENTEM NON.

Quamuis opera Dei, utcumq; nobis obuia sunt,
 ipse tamen incomprehensibilis est, maximus enim est
 potentia, & clarissimus maiestate: proinde à nullo ho-
 minum, in ius uocare potest, ut respõdeat iudicio &
 accusationi, tu enim homo quis es, qui ex aduerso re-
 spondeas Deo? aut cur creatura, creatorẽ in ius uoca-
 ret? num dicit figmentũ ei, qui finxit, inique mecũ a-
 git? Nõ igitur equũ fuit, mi Hiob, quod tanto fastu,
 aduersus Deũ & eius iudicium, tanq̃ iniquum cõten-
 deris, uixisti quidem probe, & iustitiæ tuæ, Deum te-
 stem habes, sed posteaquã Dominus te dereliquit,
 pro more impiorum, in diuinam iusticiã debacchatus
 es, magis præfracte, quã pie: est enim solus Deus
 timendus & tremendus, ante quem omnes creaturæ
 genua flectunt, & Dominuum suum agnoscunt, ipse
 uero, nullos quantumuis sapientes & sanctos, timet:

proinde oportet sese manui eius captiuos dare, et
 pro peccatis eius iusta confiteri, siue adsequatur ea, siue non
 adsequatur humana ratio.

CA. XXXVIII

Respondens Dominus Hiobi, de tur-
 bine dixit.

Quis est iste, qui abscondit consilium,
 sermone imprudenti?

Accinge sicut uir lumbos tuos, inter-
 rogabo te, & demonstra mihi.

Vbi eras cum fundabam terram, ad-
 nuncia, si noueris intelligentiam?

Quis posuit mēsuras eius, an nouisset
 aut quis extendit super eā perpendiculū.

Super quid columnæ eius defixæ sunt?
 aut quis posuit lapidem angularem eius?

Cum laudarent (me) simul stellæ ma-
 tutinæ, & iubilarent omnes filii Dei.

Quis occuluit ostiis mare, cum erum-
 peret (quasi) de uulua egrediens?

Cum ego ponerem nubē uestimentū
 eius, & caliginem, in uolutionem eius.

Cum contererem fluxum eius, & statu-
 to meo, & ponerem uestem, ostia.

Et